



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Amatvs Conf. 8. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Despiciendus à nobis hic mundus fuerat, etiam si rebus prosperis demulceret animum. At postquam tot flagellis premitur, tot nobis quotidie dolores ingeminat, quid nobis aliud, quam ne diligatur, clamat? S. Greg. l. 3. Dial.

S. AMATVS CONF. 8. Maij

AMATO Saludecium patria fuit. Parentibus in tenerâ ætate amissis, multa tulit, fecitque puer & adolescentis, etiam viris imitanda. Amor castitatis prima illi bella excitavit, feminâ classicum cantante, proprio sexûs sui genio. Ea fratri AMATI nupta, filiam, quam priore conjugio tulerat, cum AMATO sponsam obtruderet, repulsam ultimis odiis ultra est, quibus etiam fratres collisi sunt, exquo tamen AMATI incommodo, deputantis in lucro, si virtutis causâ nomen suum amitteret, fieretque exosus. Numinis tamen benevolentiam omnibus officiis captavit, in pauperes tam prodigus, nihil ut sibi reliqueret, sed locata promiscue operâ, famem sustentaret: in emaciato nihilominus corpore flagro ferreo non modò memoriam sed imaginem Christi patientis renovabat; hoc quoque illius affecitus, ut pro maleficio habitus publica civium suorum fabula fieret. Sed despectum orbi cælum ad se rapuit, tam familiariiter quidem, ut inter castas preces evolantem ad Superos animum etiam corpus sequeretur. Crescentem eo miraculo AMATI famam frater feedo ermine fugillavit, stupri commercium ei cum Clarâ sorore Deo sacratâ affingere ausus. Sed ambulantem in jus sol absolvit abollam eius intercipiens, suisque radiis sustentans. Isdem illustrata AMATI est sanctitas, sed ille proditorem

suum

Maij
tiam
quam
es in-
clar

9. Maij. VITÆ S A N C T O R V M . 233

suum fugiens , intersacas peregrinationes con-
senuit,in hospitali denique pauperum domo , quam
stis impensis erexerat , mortuus. Corpus nondum
extrabuit , suaque integritate fratri calumniam
etiam in tumulo refutat. Ex Phil. Ferrar.

Qui orationi vacare desiderat,suasque postulatio-
nes offerre altissimo, si se componat intus coram o-
culis Domini, ut non minus ipse,quam ejus accepta-
bilis fiat deprecatio. Non placet Deo orationis sacri-
ficium,nisi placeat prius ipse, qui offert.B.Laurent.
Iustinian.Fascile. Amoris cap. 15.

S. GREGORIVS NAZIANZENVS.

9. Maij,

GREGORIVS à patriâ NAZIANZENVS, ab erudi-
tione posteā THEOLOGVS dictus , cùm stu-
diorum caussâ Athenas peteret, gravi tempestate
jactatus , proximè ultimum vitæ discrimen fuit.
Quis credat ? quò felicitatis venti secundi nun-
quam tulissent , adversi tulerunt. Cum enim vo-
visset, si ex his undis emerget , sanctioribus Bap-
tismi aquis caput mersurum , & vitam inter Reli-
giosos acturum , illico cælum arrisit , & damnatus
voti GREGORIVS navim non tam ad terram,
quam ad cælum appulit. Porrò Athenis commo-
rantiuno eodemq; tempore & castitas & sapien-
tia visendam se dederunt , & amanti ambæ luben-
tes nupserunt , puto ut arguerent juventutem no-
stram, quæ sine animi puritate sapientiam ducere
nec quicquam allaborat. Exinde ut in studiis , &
legibus monachorum condendis , ita etiam in bel-
lo contra Arianos Magno Basilio socius fuit; au-
sus in ipsum Iulianum , in quo adolescente etiam-
num Athenis tyrannum latere edixerat, palam &
scribere;